



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

XXVI. De Decimis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

administrationem Ecclesie non habentem, quod si ei aliquid relinquatur specialiter, non solum à propinquo, verum etiam ab extraneo, non inuitu Ecclesie, sed personæ esse relictum intelligitur, nisi probatio in contrarium appareret: & idcirco de illo, nec Episcopus, nec Ecclesia potest in vita ejus sibi aliquid vindicare.

*Episcopalis & parochialis pars passiva ambulans, h. d.*  
Item de quibus relictis parochialis portio non detrahatur, nec Episcopalis detrahenda erit.

DE DECIMIS.

TITVLVS XXVI.

*De subordinatione tituli ad precedentia & sequentia, h. d.*

**E**xplicito tractatu rerum, quæ spiritualitate quadam continentur & censentur, superest nunc, ut de rebus Ecclesiasticis quidem, sed temporalibus, illarumque administratione dicamus. Sed cum decimæ mediam obtineant inter spirituales res & temporales naturam obtineant, quippe quod ipsum decimandij spirituale sit, fructus vero ipsi decimarum temporales & profani, merito de his quali in finis quodam, tractatus habendus erit, & tam precedentibus, quam subsequentibus annexendus. Quod eo etiam congruentius posse fieri videtur, quod & proximè de iis, quæ facerdotibus, & Ecclesiis parochialibus debentur, & similibus naturam habere videntur, loquuti fuimus, & ipsarum quoque decimarum ad parochiales Ecclesias jure communi spectat perceptio.

*Quid sit decima, h. d.*

Decima est quarta bonorum mobilium pro Deo, tam divina, quam humana constitutione debita.

*Decimarum alie personales, alie prædiales, h. d.*

Decimarum duæ sunt species: personales, & prædiales. Personales sunt, quæ ex iis proventibus deducuntur, qui ex propria cuiusque solertia & industria obveniunt, ut puta de negotiatione, artificio, & militia. Prædiales sunt, quæ ex fructibus prædiorum solvantur, ut de vino, tritico, & his similibus, quas in signum universalis sibi retentio dominii reddi Deus præcipere voluit.

*Personales præbenda debentur Ecclesie, in qua quis sacramenta percipit: prædiales vero Ecclesie, in cuius finibus sunt constituta prædia, nisi aliud inducat consuetudo, h. d.*

Inter personales autem & prædiales decimæ debentur, in qua quis Ecclesiastica sacramenta percipit, tametsi in eorum alibi contigerit: prædiales vero, si ex prædiis in aliena parochia constitutis fructus collecti fuerint, ei debentur Ecclesie regulariter, in cujus territorio prædia sunt constituta: quanquam si consuetudo aliud introduxerit, servanda erit.

*Personales decimæ, quæ solvantur ex rebus venditis & paratis pecunia decimata, solvantur de ductu impendij: scilicet vero prædiales: & fructus non nisi cum onere decimarum, alienari possunt, h. d.*

Item si personales, quæ de rebus acquisitis, vel factis ex pecunia decimata, si vendantur, solvenda sint, & utputa si vendatur domus, ager, vineæ, molendinum, grex, aut merces, quælibet expensæ prius, quas quis in rebus parandis fecerit, deduci debent, & de residuo, quasi de lucro, decimæ præstabitur. Expensæ vero etiam feminis, quæ sunt pro percipiendis fructibus, ex illis de quibus fructus proveniunt, etiam si decimata fuerint, non deducuntur: quoniam, salva decima, fructus efficiuntur eorum, qui ex oneris ipsas faciunt: sed nec fructus ipsi, nisi cum onere decimarum, alienari poterunt.

*Non deducuntur impensæ factæ pro restituendis rebus, de quibus solvenda sunt decimæ, cum personales, quam reales, h. d.*

*a C. pastorali, & nec pro eo, tit. extr. b C. cum res venditur, c C. tua nobis, circa med. ex tit. extr. d C. res paratis, & pro eo, tit. extr. e C. de terra, ex tit. extr. f C. a. & ceterum, ex tit. 206*

Illud commune tamen est tam personarum, quam prædialibus, quod expensæ, quæ factæ fuerint pro solvendo, & detrimento rerum, ex quibus decimæ solvantur, ut si pars aliqua moratur armentis, aut deterior, meritis deperat portio, de proventibus decimarum minime deduci debent. Cuius rei causa est, quod penes dominum res inflaturæ emant.

*Contra & tributa de fructibus, de quibus decimæ solvantur, non debentur decimæ, h. d.*

Ed & nec census, nec tributa de fructibus, decimæ per solvenda fuerint, penitus detrahi poterunt. Cum enim in signum universalis decimarum, quasi quodam speciali titulo decimas ipsæ Decimarum servaverit, consequens est ut in prerogativa decimarum præcedat exactionem: vel saltem his ad præstandum, vel tributa perveniant, quoniam res cum decimæ sit onere, decimas solvere per censuram Ecclesiarum compellantur.

*De omnibus proventibus decimæ solvantur, h. d.*  
Adem ratione constitutum est, ut in fructibus de vino & grano, fructibus arborum, & hominum operibus persolvi debeant, sed etiam de perenniis, & temporariis, negotiationibus, de ipsa etiam militia, & de omnibus bonis, & proventibus omnibus, in quibus eas cum integritate solvere negligenter præstatio, districtione petelli debent.

*Omnis generatus solvere decimas jure Civitatis, parochialis, & tamen tantum prædiales tantum jure Civitatis, parochiales, & personales, h. d.*

Illud etiam nullam recipi debitationem, ad solvendum earum quemlibet teneri, nisi qui ipsarum privilegio ab ipsarum præstatione docetur exemptus, de non solum Christiani, sed etiam hec non Christiani. Inter eos tamen illa differentia, quod prædiales personales & prædiales præstandas indistincte tenentur: prædiales vero, & ad prædiales tantum, quæ si res solvere, ad ipsas possessiones remanentibus competunt, ne forte hac occasione Ecclesie decimæ solvenda valeant.

*Monachi regulares, & clerici communitatis, sicut prædiales decimas, & quibus normale est agere de normalitate ad normaliam, hoc dicit.*

**D**E Monachis & regularibus, seu clericis communitatis viventibus videmus, & facit nulla sint ratio, quibus de laboribus ac nutrimentis propria decimæ consequantur: ad prædiales tamen etiam de normalibus, de quibus antea decimæ solvuntur, tenentur, ut in normalitate ager nunc primum proficiscatur, de quo normalis redactus: de quo, quod aliquando calidè in memoria non extat.


*Decimæ solvere tenentur Monachi, & alii communitatis, etiam de prædiis de novo acquisitis, & proventus decimarum, nisi alibi aliquid privilegium, h. d.*

Ed & si illdem possessiones pia fidelium donatione collatas fuerint, aut pro monasterio de novo constitutas comparatas, vel quoquo modo recentè acquiras, eas propriis manibus aut sumptibus extorqueat, vel minus decimas persolvant Ecclesie, quibus præceduntur prædiorum antea solventium, nisi super his quibus alijure vel privilegio munus esse probentur.

*Privilegium videtur se judicari & pro privilegio, h. d.*

Ed nec semper eis privilegium suffragari debet, si res iudicata oblitæ, vel privilegio munus, quibus per quadraginta annorum spatium, quibus liberum sit unicuique juri proprio restituere, perhibeantur.

*a C. pastorali, & nec pro eo, tit. extr. b C. cum res venditur, c C. tua nobis, circa med. ex tit. extr. d C. res paratis, & pro eo, tit. extr. e C. de terra, ex tit. extr. f C. a. & ceterum, ex tit. 206*



TITVLVS XXVII.

Regulariter Episcopus non potest aliquid agere sine consensu, vel consilio capituli. h. d.

**T**raitemus nunc de rebus temporalibus Ecclesiarum, illarumque administratione & alienatione, sine quibus spiritualium dignitas haud facile consistere potest. Et quidem illud in primis firmare nos oportet, nihil Episcopum regulariter sine consensu sui capituli vel consilio posse super his statuere: cum velut caput ad membra, ita sese praelatus habeat ad capitulum. In eo autem totius videtur esse consensus capituli, cui & maior & sanior statum accesserit sententia.

*Alienatio res Ecclesiastica facta sine utilitate Ecclesiae, & clericorum consensu, non valet: & quid continet alienationis verbum. h. d.*

**E**x his consequens est, ut rerum Ecclesiasticarum ab Episcopis clericorum subscriptione, & Ecclesiae utilitate, & Romano inconsulto Pontifice, ab Episcopo facta donatio, vel alienatio, vel suppositio non teneat, nisi eam postmodum ratam habeant. Praelatus enim Ecclesiasticarum rerum procurator est, non dominus: & conditionem Ecclesiae meliorem quidem facere potest, deteriorem vero non potest. Quod si secus factum fuerit, nec quod gestum est, vires ullas sortietur, & Canonum temeratores tam secularium, quam Ecclesiasticarum legum poenis subiacent. Alienationis autem verbum continet hoc loco venditionem, permutationem, hypothecam, & omnem conventionem, per quam dominium transferatur.

*Ecclesiam suam non potest quis gravare pro alieni debitis, & debita necessaria facta praedecessore luenda sunt. Idem si clericus de mandato fidei iusserit, aut in rem ipsius Ecclesiae mutuum verterit. h. d.*

**E**d nec commissam sibi Ecclesiam pro alienis gravare debitis, aut literas alicui, vel sigilla concedere, quibus Ecclesia possit obligari, alicui audere debet: alioquin nec Ecclesia ad talium debitorum solutionem tenebitur, & qui id ausus fuerit, a spiritualium & temporalium administratione suspensus erit. Debita etiam ad praedecessorem suo pro Ecclesia necessitate contracta, solvere proculdubio tenebitur. Idem, si clericus de mandato fidei iusserit, aut si non de mandato, in rem tamen Ecclesiae, mutuum verterit.

*Potest praelatus rem non magis valoris in aliquem bene meritum transferre, & terram gratis fabricanda Ecclesiae alicui concedere. h. d.*

**E**xcipiuntur tamen nonnulli casus, in quibus donandi, permutandi, locandi, libertatem, feudum, & emphyteum dandi, aut aliter alienandi iure licentia conceditur. Nam si quid praelatus non magis valoris alicui forte ob bene merita donaverit, praesertim si eadem a consuetudine, iure sustinebitur donatio. Multo magis idem erit statendum, si quid forte soli ad Ecclesiam fabricam erigendam concessum fuerit: quo casu tantum donare licet, quantum Ecclesiae parietes concludere possunt.

*Proventus Ecclesiastici possessi vendi ad modicum tempus & ad precariam concedo, qua renovanda erunt de quinquennio in quinquennio. h. d.*

**I**dem juris erit & reddituum fructuumque venditionibus ad tempus modicum faciendis, & de precariis, quae quandoque de ecclesiarum possessionibus fieri solent: quae, ne temporis longinquitate juris ecclesiastici pereant memoria, de quinquennio sive in quinquennio renovandae erunt.

a Cap. 2. in primo. eod. tit. in d. b. C. 2. extr. de fidei iuss. c. C. 2. extr. de solut. d. C. pen. extr. de fidei iuss. e. Ca. internum. de donat. f. C. 2. extr. de precar.

ione tanti temporis proprio privilegio detrahere voluisse praestantur, & ea propter ad decimarum praestationem compelli poterunt.

*Privilegia sua interpretanda, ut nemini debeant damnum inferri. h. d.*

**T**em si post initum inter aliquos super decimis conventionem certi tenoris privilegia obtenta fuerint, nisi conventioni per ea derogare expresse, illis non obstantibus, erit inviolabiliter observanda: ita enim huiusmodi privilegia sunt accipienda, ut nemini laesionem, praecipue enormem, inferre debeant. Unde si super huiusmodi concessionem parochiales Ecclesias adeo gravari contingat, ut Rectores de redditibus earum congrue sustentari, & Episcopo debita persolvere non possint, per locorum ordinarios ita providendum erit, ut eisdem Redonibus tantum relinquatur, quod & competentem sustentationem habeat, alioque onera debita supportare valeant.

*Privilegia super decimis, tenentur illas servare de praedicti conditionibus: & privilegii super laboribus propriis sive decimarum super praedia locata. h. d.*

**S**uper decimis quoque non solvendis privilegiatis, si aliena praedia conduxerint & privilegio minime obstante, de conductis praediis solitas decimas parochiis suis integre persolvent. Idemque erit de locatis praediis, si privilegiatus super laboribus, quos propriis vel manibus, vel sumptibus excoleret, terras suas alii locaverit.

*Laici, & etiam Imperator non possunt concedere privilegium super decimis non solvendis. h. d.*

**G**eneraliter autem, nisi huiusmodi immunitatum privilegia ab Apostolica potestate obtenta fuerint, nullam habebunt efficaciam, adeoque etiam Imperialis concessio quantumcunque concepta generaliter, cum nulli laicis de spiritualibus disponendi facultas, a solutione decimarum neminem poterit eximere: imo facileque a, cimen incurrat, qui de manu laicorum rem ecclesiasticam recipit.

*Laici etiam de manu clericorum non possunt decimas recipere, nisi poena excommunicationis, & privationis sepulturae, & clericus concedere disponeat. h. d.*

**E**x contrario quoque laicus etiam a clericali potestate decimas recipere, & in alium, velut hereditario iure transmittere non poterit: & si secus actum fuerit, & qui concesserit, a statu suo deicietur, & qui receperit, & Ecclesiam non reddiderit, & vivens excommunicationis vinculo s' innotabitur, & mortuus ecclesiastica sepultura carebit.

*Religiosi decimas non locare possunt, dummodo locatio non sapiat emolumentum. h. d.*

**Q**uia tamen, cum Ecclesiae suae conditionem meliorem facere possit, decimarum suarum proventus alicui locare velit, dummodo huiusmodi locatio ad feudum, vel alienationem non videatur extendi, id facere minime impeditur.

*Episcopo debetur a Rectoribus quarta decimarum, quas exigunt, nisi praescripta fuerint. h. d.*

**O**mnino sciendum est, quod veluti parochialibus Ecclesiis (secundum ea quae proxime exposuimus) decimae debentur, ita etiam decimarum ipsarum quarta Episcopo a Rectoribus Ecclesiarum, nisi legitima obset praescriptio, persolvenda erit.

DE REBUS ECCLESIAE ALIENANDIS, VEL NON.

a C. 2. ubi dicitur. eo. tit. in d. b. C. de test. s. l. i. c. ex parte. extr. in d. sup. sig. c. C. 2. in l. ext. eo. tit. d. C. de iudic. h. cum f. extr. extr. eod. c. Cap. 2. in l. i. in l. ex. eo. f. C. ad hac. eod. tit. extr. g. C. prohibemus. ex. eo. tit. h. C. 2. extra loca. i. C. de quarta. extr. de prescri.

113  
11

113